**Gēnevā**, [Ital. Genova. Germ. Genu] Oppidum eſt Allobrogum ad Lemanium lacum, proximum Helvetiis, quod etiam hodie nomen retinet. Cæſar belli Gallici libro 11. Extremum oppidum Allobrogum eſt, proximumq; Helvetiorum finibus Geneva. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Ex quo loco Cæſaris, facile deprehendi poteſt error eorum, qui hoc oppidum Gebennam appellant: quom Gebenna, eodem Cæſare teſte, ſit mons ille qui Arvernōs ab Helviis dividit. De quo vide plura ſuo loco. Glareanus in Annot. in cum Cæſaris locum ſic inquit: Quatuor hæc nomina, Genua, Geneva, Genabum, & Gebenna, multum obſcuritatis lectori ingerunt, ac non attentum ſapē ſeſellerunt: quæ ipſa longē diſſerſa ſunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare eſt noſtrum. Geneva verò Allobrogum, ad ollia Lemani lacus, ubi Rhodanus exit: Genabum, Carnutum oppidum ad Ligetini amnem: hodie (ut quidā putant) *Aurelia*, Vulgō *Ditama* deniq; Gebenna mons eſt, qui Helviōs ab Arvernōs ſeparat: ut libro 7. poſtea dicit Cæſar. Hæc Glareanus.

**Genetiv**, [Γενετιβ] Verbs India extra Gangem, Steph.

**Genetivus**, [Γενετιβ] Verbs Trojadia, ab uno filiorū Aeneæ condita, Steph.

**Gēntiūs**, Ilyrici rex qui gentianæ herbæ à ſe inventæ nomen ſeſcitæſſe Plin. lib. 25. cap. 7.

**Gēnuſ**, [Γενου] Ital. Genova. Germ. Genua. ein genattige Gewerſhan in Liguria am Meer gelegen. Ligurum caput in Italia ad mare Ligulicum. Hinc incipit Apenninus mons, diſtatq; à Sabatis ſtadiis ducentis ſexaginta: Geneva verò eſt extremum Allobrogū oppidum, proximum Helvetiorum finibus: de quo ſuo loco diximus. Inter Varum amnem & Genuam habitant Ligures. Dicta Genua à genu, quia habet tanquā genu recurvum à latere maris. Vel à Genuo Saturni filio, qui ſector eam cōdidit. Vel (ut quidā ajunt) à Genuino Phætonis ſocio. Hanc Annibal penitus delevit, ſed Co. Servilius Cōſul inſtauravit, ſicut Livius reſert. Hinc Genuenſis, *Γενουαίος*. Quidā lanuam hanc urbem appellant, quod à Iano conditam dicant.

**Gēnuſſūs**, Fluvius quem Dyrrachio cuntes in Theſſaliam inveniunt. Lucan. lib. 5: quam volucer Genuſſus, quam mollior Apſus Circumeunt ripis, &c.

**Gēon**, [Γενον] γέγον. Vnus ex quatuor fluminibus, quę ſacra Scriptura ex Paradiſo profluere teſtatur. Iosephus eundem eſſe Nilum credit.

**Gēorgi**, γεωργία, Populi Scythici ab agricultura, cui uni maxime ſtudēt, nomen ſortiti: quibus vicinos Corſitas, Phociſtas, & Riphaces Meſa facit. Conſtat etiā Tauricam Cheriſoneſum Georgianam cognominatam, propter memorabilem in ea frumenti copiam, ut notat Vadianus. Græci enim agriculturam *γεωργίαν*, & agricolæ ipſos *γεωργους* appellant.

**Gēorgōnyā**, γεωργονία, Oppidum in altiffimo monte in regione Arvernorum: cujus meminit Suetonius in Cæſare.

**Gephyra**, γεφυρα, Verbs Bœotia, eoſdem & Tanagraos eſſe ajunt. Stephan.

**Gephyrore**, Verbs Libya, γεφυρορε, Steph.

**Gēreā**, γερεά, Oppidum mediterraneum Luſitanæ apud Proſtorum lib. 2. cap. 1.

**Gēræſtiūs**, γεραεſτιος, Promontorium Eubœæ inſulæ, Atticam ſpectans, teſte Plinio lib. 4. cap. 12. Ptolem. lib. 3. cap. 13. portū eſſe ait in Eubœa.

**Gēraneā**, γερανία, Laconici agri locus eſt, teſte Plinio lib. 4. cap. 3. Eſt item Geraneæ alietius loci nomen inter Megara & Corinthum,

Corinthum, teste eodem Plinio lib. 4. cap. 7. ¶ Fuit præterea ejusdem nominis oppidum in ea parte Thraciæ, quam Pygmeorum gens olim creditur tenuisse. Auctor idem Plinius lib. 4. cap. 11.

**Geranthi**, Ἐρανθῖον, Oppidum Laconicæ regionis: à quo sit gentile Geranthotes, Ἰερανθῖος, ut ex Pausaniæ sententia docet Steph.

**Gerasa**, Γερασῖ, Oppidum est in ea parte Syriæ Cœles, quæ à numero tredecim civitatum Γερασῖνῶν ὀνόματι, appellatur. Gentile est Gerasenus, Ἰερασῖνός, Steph.

**Gerēniā**, Ἐρενίαν, Oppidum agri Messeniæ, in quo Nestor Pylus educatus fuit: unde ab Hesiodo Gerēnius cognominatur. Hæc Stephanus. Ptolemæus verò Gerēniam Laconico agro attribuit.

**Gerēti**, Ἐρετίον, Vicus est in Lesbō insula: ita dictus à Gerēne Neprani filio. Strabo lib. 8. ejusdem nominis oppidum in agro Messeniaco collocat: quod idem esse opinamur cū eo, quod alia inflexione Gerēnia appellatur.

**Gergis**, Ἰθῶς, vel Gergichos, Ἰθῖ, Ἰθῖος, Ἰθῖος, Stephano, Oppidum Troadis. Ite (ut Plinio placet) Acolidis, à quo Sibyllarum una Gergithia cognominata est.

**Germalim**, locus Romæ fuit, cui nomen à germanis fratribus Romulo & Remo inditum, quod hic ad ficum ruminalē ad quam hyberna aqua Tiberis, eos in alveo expositos detulerat, inveni dicitur. Hic postea palatio conjunctus nomen amisisse videtur. Varro lib. 4. de Ling. Latina.

**Germanicē**, Γερμανίαν, Oppidū Euphratē, quod à Quadrato lib. 3. Retum Parthicarum in Parthis numeratur.

**Germaniā**, Γερμανίαν, Ital. *Lantagna*, Terra Teutonica. Germ. Das Teutland. Pol. Niemceżyńska ziemia. Vngar. Nemetország. Regio quæ à Gallis, Rhœtis, ac Pannonia, Rhœno & Danubio fluminibus à Sarmatis, Dacisq; metu mutuo, ac montibus separatur: cætera ambire Oceanus, latus sinus, & insularū immensa spatia complectens. Rhœnus, Rhœticarum Alpium inaccessible & præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versus, Septentrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito montis Arnobæ jugo effusus, plures populos adit, tandemq; in Ponticum mare sex meandus erumpit, septimum os paludibus hauritur. Germani ipsi indigeant existimantur: quoniam nō est verisimile aliquos Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam petisse antiquis temporibus informem terris, asperam caelo, tristem cultu, aspectuq; neq; cuiquam, nisi cui patria non erat, magnopere expectandam. Hi antea Teutones appellabantur à Teutono deo corū, quem terra ortum existimabant: sive à Teutono oppido, cuius adhuc reliquæ supersunt reliquæ, etiam hodie nomen servantes Germaniæ vocabulum, ut auctor est Strabo lib. 7. à Romanis primum inventum est: quoniam quum primum Rhœnum devictis Gallis transgressi fuissent, videntes eos & feritate animorum & proceritate corporum, & colore flavo, forma præterea, & moribus, & vivendi ritu Gallis simillimos, Germanos eos: hoc est, fratres Gallorum esse existimaverunt. Sunt qui Germanos inde dictos putent, quod peculiari ejus regionis ritu, se mutuo sua lingua Germanos: hoc est, fratres consalutent. Eruditi tamen inter Germanos hujus vocis etymologiam ex sua lingua petunt. Illi enim Ger, sive Ger, totū dicunt, & Man virum, quasi planè virum. Quibus ut facilis accessum, facit Alemanni vocabulum, quod apud inferiores Germanos idem sonat, quod Germanus apud superiores. Illi enim pro eo quod est totū, dicunt Ni, quod in superiori Germania Ger, vel Ger, dici ostendimus.

**Germanicus**, adjectivum, sicut ab Hispanis Hispanicus, ab Italo Italicus. Unde Germanici dicti Imperatores aliquot à devictis Germanis.

**Germanicē**, aliud adjectivum: quo aliquoties usus est Suetonius: ut in Vespasiano. Neq; enim, inquit, deteriores esse aut Hispaniensi exercitu, qui Galbam, aut Germaniciano, qui Vitellium Imperatorem fecisset. Idem in Tiber. Flagrabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia ut æquantur stipendio Prætoriani Germanicianis. Quibus in locis Germaniciani dicuntur, non qui ex Germania erant oriundi, sed qui in Germania militabant.

**Germani**, Γερμανοί, populi Cælicæ, qui diē non vident. Steph.

**Germē**, Γερμῆ, Oppidum est ad Hellepontum, non procul à Cyxico. Steph.

**Gerōntiā**, Γεροντία, Insula ante sinum Pegasicum, teste Plinio, lib. 4. cap. 21.

**Gerrā**, Γεραῖα, Arabiæ feliciæ oppidum, turtres habens ex salis quadratis mollibus: à quo sinus propinquus Gerzicus cognominatus est. Auctor Plin. lib. 6. cap. 28.

**Gerris**, Γερίσι, Fluvius Scythiæ, septimus ab Istro memoria dignus: Meminit ejus Herodotus lib. 4.

**Gerundā**, Γερονδία, Oppidum Autheranorum, in Hispania ci teniore, juxta mōtes Pyrenæos, Auctor Ptolemæus lib. 2. ca. 6.

**Gerusa**, Sarmatiæ Vrbis in Asia. Ptolem. hodie S. Georgius.

**Geryon**, Γεργων. Germ. Ein Ries in Hispanien: vñ in Hispania (vñ gebacht hat; vñ seine Kinder hiesig gerden.) Nomen in his Hispani, quem Hercules interfecit, ejusq; boves addidit. Huic tricorporum fuisse fabulantur, ob triplex regnum per fuit enim tribus insulis quæ adjacent Hispaniæ. Baleariæ majori, minori, & Ebusiæ. Fingitur etiam vicipitem habuisse canem: quia & terrestri, & navali certamine plurimum potuit. Declinatur etiam Geryones, & Geryoneus, secundum Priscianum. Virgil. 8. Aeneid. Tergemini necē Geryonē. Sic enim habent emendatiora exemplaria. Lucet. lib. 31. Quilve triplexora tergemini vis Geronai. Quo in loco Geryonai amiquus est genitivus primæ declinationis, per divisionē epithongi factus: quales crebri occurrunt apud Lucretium.

**Geryonacē**, Γεργωνάκιον, vna, ceum, Γεργωνάκιον, Plautin. Aul. Qui mibi in tromisisti in edibus quingentos coquos, cum senis manibus, genere Geryonacēo. Aristophanes. Geryonem ἠγροῦντο ἄλλοι μίαναι: hoc est (ut Suidas ait) ἠγροῦντο ἄλλοι.

**Gesōdūnum**, Γεσῶδυνον. Germ. Gsa. Notici oppidum est sub Danubio: teste Ptolemæo, lib. 2. cap. 14. Quoniam in quibusdam exemplaribus Gesōdūnum legitur, non Gesōdūnum.

**Gesōriacum**, Γεσῶριακον. Germ. Gasa. Motiorū navis fuit, teste Ptolem. lib. 2. ca. 9. Unde nonnulli conjiciunt oppidum illud esse unde brevissimus est in Angliā trajectus, quod vulgò Calatum vocant.

**Gessem**, [Γ]εσηθεν. Locus Aegypti, in quo habitavit Iacob.

**Gessis**, Γεσησι, Fluvius apud Iones in regione Troglia, quæ & Pannonia dicitur. Plin. lib. 5. cap. 29.

**Getæ**, Γεταί. Germ. Wäster in Eurasiæm. Getæ sō in Turmis in West jütigen af seet. Wäster. Wäster. Vñ Latini. Pol. Tatarsi. Vng. Olati. Populi in Scythia Europæa: Appianus Dacos appellat. Strab. lib. 7. Getæ à Dacia ita dicitur, ut Getæ sint qui ad Pontum in Orientem vergunt: Dacia in oppositū versus Germaniam, & ad Istri fontes, quos olim Davos vocatos nonnulli volunt: ex quo apud Alibiensis Davorum & Getarū servilia nomina in usu maxime fuisse. Getæ à Lucullo victos Salustius scribit. Aclias Spartanus scribit Getas dictos fuisse, qui postea Gothi appellati sunt. Ovidius de Pontio: Nulla Getis toto gens est treculorum orbis. Hujus nominativus singularis est Getæ vel Getes. Getæ sō fecta, Virgil. 3. Georg. Pharetrati Getæ, Ovid. 4. Trist. Eleg. 9. Getarum leges & ritus, vide apud Strab.

**Geticū**, Γετικόν, Pol. Tatarski. Vng. Olati. quod est ex Getarum regionibus. Munus Getica. Ovid. 3. de Pontio: Qui Getica longe nō ita distat humo. Lites Geticum. Idem 3. Trist. Eleg. 12. Nam proci à Getico sinorentis abest Plectrum Geticum. Statius 2. Syl. & Getici cœlesti gloria plectri.

**Geti**, [Γ]ετι. Allophylorum civitas fuit, hæc nunc appellatur Zeph.

**Getuillū**, Γετουίον, Vrbis Libyæ, Steph.

**Getū**, Γετού, regio Getarum in Thracia: Gentile γετι, & femininum γετι, quo nomine etiam Philippi Amyntis utri vocatur, possessivum γετις. Arrianus γετις vocat.

**Gephyra**, Γεφυρα, Vrbis Bœotiæ, eisdem & Tanagrais est auctor Steph.

**Gephyroræ**, Vrbis Libyæ, Γεφυρών, Steph.

**Getulia**, Vide GAETVLIA.

**G** ante **L**

**Gfāris**, Vide GYARVI.

**Gigantis**, vetus nomen Arcadiæ, Steph.

**Gigas**, Vide in APPELLAT.

**Gigonus**, penult. prod. Γιγονος, Oppidum est ad sinum Thracicum non procul à Pallene: cuius meminit Herod. lib. 7.

**Giddā**, Γιδδα, Vrbis Libyæ, Steph.

**Giligumba**, Γιλίγμπα, populi Libyæ, Steph.

**Gilio**, Nomen notissimi adulteri tempore Iuvenalis.

**Gillus**, Exul Tarentinus, qui quum Perarum exploratoris à piratis captus pecunia sua redemisset, & ad Darum rediret, iussus eo nomine petere quicquid vellet, hoc unū petiit, ut regis opera in patriam reduceretur. Vide Herod. lib. 1.

**Gillo**, nomen civitatis, à qua Gilonitæ, pen. prod. humiles in ea habitantes dicuntur. Est & nomen viri. γίλλος. Iuvenalis: Vnciolam Proculejus habet, sed Gilō deuncem.

**Gimanti**, capras in Gimanti natas, Alexander Myndius scribit sex menses non bibere. Aclianus.

**Gindānes**, Γινδάνες, Libyæ populi, Lotophagis contemini, quorum uxores multis pelliceis simbris adornantur. Nam quum pulcherrimum ducant à plurimis adamari, à singulis quibus sui copiam faciunt, simbriam unam exorant, eoque augmento ostendunt quor habuerint amatores. Auctor Herodotus lib. 4.

**Gindara**, Γινδαρα, Oppidum Syriæ Cœles, cuius in colz dicuntur

GIN GIR GIT GLA GNI GNO GOB GOM GOR 145

cuntur Gindareni, quorum meminit Plin. li. 5. c. 23. Gindus, fluvius qui per Dardanos fluens ingreditur Tigrim.

Gingl. Ἰγγίλια, Oppidum Comagenes, nō procul ab Euphrate fluvio. Autor Plin. lib. 5. cap. 24.

Gion, Vide GEON.

Girim, mons apud Garamantes, in quo nasci gemmas vetustas testata est.

Gitta, Ἰττά, Vrbis Palæstinae, Steph.

Glandomiron, Ἰλάνδομιρον, Oppidum est Gallæcorum Lucensium in tractu Tarracensis Hispaniæ. Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Glanicus, Amnis, qui & Liris appellatur, in cuius ripa templum fuit Matricæ nymphæ Minturnensis. Vulgò Garigliano. Plinius lib. 2. cap. 5: Minturnæ Glanico amne diversæ, Liri appellato.

Glanis, Ἰλάνης, Hetrurix fluvius, in Tyberim influens: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò Chiana. & Glanis item sive Glanus, piscis astuosissimi nomen, qui aversos mordet hamos, nec devorat, sed esca spoliat. Idem lib. 32. cap. 10: Verrucas tollit glani jecur illitum.

Glanum, Ἰλάνιον, Salyant oppidum est in Alpibus, Narbonensem provinciam spectantibus. Autor Plinius libro 2. capite 9. Vulgò Cap.

Glaphyrus, pen. corr. Ἰλαφύριος. Notissimus adulter Iuvenalis tempore, cuius meminit Satyr. 6: Vxorē ducis, de qua citharædus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater. Nomen deductum est à festivitate & elegantia, quam Græci Ἰλαφύριον dicunt.

Glaphyræ, Ἰλαφύριος, Vrbis Thessaliæ, à Glaphyra conditore Magnæ filio. Homerus: Ἰλαφύριος ἔστι & vicus Ciliciæ, à Tharso versus Occidentem triginta stadiis distans, Stephan.

Glauci, Ἰλαυκία, oppidum Ioniæ, Steph.

Glauci tribus, Ἰλαυκίαι τριβύται, In Lycia est, à Glaucō Hero è dicta. Gentile Glaucodemus.

Glaucius, Ἰλαυκίος, Hippolochi filius, qui in Trojano bello Priamo suppetias tulit: homo tam stupidus, ut cum Diomede armotū permutacione factā, nec accepit pro aureis. Vnde etiam hodie Glauci & Diomedis permutatio proverbio celebratur: quo utimur, quoties permutatarum rerum inæqualitatem volumus denotare. & Fuit & alter Glaucius piscator, qui quum pisces captos in ripa explicasset, subito contracta quadam herba se colligenter, in fluvium prosteruerunt. Admiratus itaq; Glaucus herbarū illius vim, quum & ipse degustasset, pisces sequutus, in aquā insiluit: marisq; Deus factus creditur. Alii alter referunt fabulam: Glaucum in signū utinatorem fuisse, qui quum sepius insperantibus suis mancipibus in fluvium se deiecisset, diutiusq; sub aqua moratus semper emerisset: tandem quum illis fructū expectantibus non rediret, creditum est Glaucum factum esse maris Deum. Hinc natum proverbium: Glaucus comesta herba habitat in mari, Ἰλαυκὸς φάριος πρὸς τὴν αἰὲν ἐν θαλάσσῃ. Dicitur apparere per jocum deus, qui quum peterint, tamē vulgò creduntur vivere. & Alius præterea Glaucus fuit, Sisyphi filius, qui quum equas suas hu mana carne pasceret, ab illis etiam ipse devoratus est. Vnde natum adagium: Glaucus alter, Ἰλαυκὸς ἄλλος ἐπιτρώχων: id est, Glaucus alter ab equis devoratus. Quadrabit in hominē alendis equis exhaustientem facultates suas. & Est etiam Glaucus, nomen piscis. Plin. lib. 6. cap. 16: Quidam rursus estus impauencia mediis fervoribus, sexagenis diebus latent, ut glaucus, fasselli, auræ. Idem lib. 32. cap. 11. tradit glaucum ætate non apparere.

Gleffaria, insula in Oceano Germanico, quæ (Solino teste) focconum gignit: Sudaus vulgò appellata, haud longè à Prussia.

Gletæ, Ἰλετταί, gens Iberica post Cynetas, Steph.

Glistas, Ἰλιστάς, Vrbis Bæoticiæ, à Glistone aut Glistante quodam dicta, Stephanus.

Glycon, Ἰλίκων, apud Horatium lib. 1. Epist. Nomen est gladiatoris robustissimi. Nec (inquit) quis desperes invicti membra Glyconis: Nodosa corpus nobis prohibere podagra. & Fuit & nomen medici Panisæ, qui mortuo domino ex vulnere, quod in prælio Mutinensi acceperat, in carcerem conjectus est, & à Torquato parricidii accusatus, tanquam vulneri venenum indidisset. Sueton. in Augusto: Panisæ quoque adeo suspecta mors fuit, ut Glycon medicus custoditus sit, quasi venenum vulneri indidisset. Cic. ad Brutum: Tibi Glycon medicū Panisæ, qui fororem nostrā Achilloc in matrimonium habet, diligentissimè commendō.

Gnidus, Ἰνδός, Vulgò Cabo erio, Vrbis insignis in extremo cornu peninsulæ Carix adhaerentis sita, Veneris templo & signo Praxiteles in primis nobilis. Horat. 1. Carm. O de 30. O Venus regina Gnidi, Paphiæ. E' Gnido viti memorabiles fuerūt, Eu-

doxus mathematicus Platonis sodalis, Agatharchides Peripateticus, historix conditor, Theopompus Iulio Cæsari familiaris, Artemidorus eius filius, & his antiquior Cretas, qui Xerxem medicatus est, & res Syriacas, Persicasq; conscripsit.

Gnidus, a, um, ut Gnidia Venus, Cic. de Divinatione.

Gnosidicus, Ἰνσιδίκος, Clarissimus Asclepiadarum, Nebri filius, pater Hippocratiæ, Aenei & Podalirii: avus autem Heraclidæ qui pater fuit Hippocratis medicorum omnium doctoris. Autor Steph. in dictione COS.

Gnosios, Ἰνσιός, Vulgò Candia, Vrbis Crete fuit Minois regis, quæ alio nomine Cerathus, ut scribit Strabo appellata fuit à fluvio eius nominis.

Gnosius, a, um, quod est ex Gnosio urbe: ut Gnosius civis, Gnosia littora, Gnosia regna. Ovid. in Epist. Parid. Non habuit tempus quo Gnosia regna videret, Aptius. & Pro eodem etiam dicitur Gnosiacus, a, um: ut Corona Gnosiacæ apud Statium lib. 1. Syl.

Gnosius, a, um, Idem quod Gnosius. Lucan. lib. 3: Creta vetus populis, Gnosiasq; agitare phæteras Doctæ.

Gnosia, idis, Patronymicum foemini, Ovid. Epistol. 1: Et Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amavit.

Gōarenē, es, Ἰνσάριος, Regio Arabiæ non procul à Damasco, quæ & Gōarca Ἰνσάριος, dicitur, Autor Stephanus.

Gōbzum, Ἰνσός, Promontorium Galliæ Lugdunensis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. In plerisq; exemplaribus Gabcum legitur, non Gōbzum.

Gōbryās, Ἰνσός, Nobilis Perfarum Satrapes fuit, unus ex iis qui cum Dano conjurarunt adversus Magos. Nam erat: Darii sacer, antequam regnum Darius ipse adipisceretur, ut ostendit Herodotus libro 7.

Gog, [Ἰ]νσός & Magog, Ἰνσός & Μαγῶγ. Voces sunt in Sacris literis aliquoties repetitæ: quibus sunt qui putent gentes Scythicas significari. Hieronymus tamen in Ezechielem movit allegoricum sensum subesse, nullorq; iis nominibus populos significari.

Golgi, Ἰνσός, Stephano, Locus est in Cypro insula Veneri & Cupidini sacer. Catullus in Nupt. Pelei: Sancte pater, cuius hominum qui gaudia misces, Quiq; regis Golgos, qui que Idæum frondosum Quo in loco in omnibus ferè exemplaribus hætenus corruptè lectum est Colchos: Aldi vetus editio tamen Golgos habet.

Gomolix, Ἰνσός, populi Idumæe Gomphi. Vide Philippi, & Gomorrhum utroq; modo oppid. Solin.

Gomorrhæ, a, vel Gomorrhum, ihi, (utroque enim modo dicitur.) [Ἰνσός] hamorali, oppidum Iudæe, ab Asphaltite lacu bautum, quemadmodum & Sodoma, & alia nonnulla. Vide Solinum.

Gomphi, Ἰνσός, Vrbis Thessaliæ, Steph.

Gondra, Ἰνσός, populi Thraciæ, apud Herod. Cindra & Rhoda legitur, Steph.

Gonæ, Ἰνσός, Vrbis Thraciæ, cuius incolæ aliqui vocāt Adriapolitas, Steph.

Gonni, Ἰνσός, vel Ἰνσός, & Ἰνσός, Vrbis Perthæbiæ à Cuneo quodam Cyphi nepote dicta: Regia Gonna, Stephan. Vide GONVVA.

Gonnus, Vrbis est in superiori parte Thessaliæ, unde ad Thessalliam introitus competitur.

Gonos, Ἰνσός, Thraciæ oppidum est, non procul à Philippis & Ergino fluvio. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Gonusa, Perthæbiæ Vrbis, Steph.

Gorania, Regio Arabum Scenitarū, cuius incolæ Gorameni. Gordiani, Tres fuerunt Romanorum Imperatores, pater, filius, & nepos. Vide Herodianum lib. 2.

Gordius, Ἰνσός, Phrygiæ rex fuit, rusticus aliquin & ignobilis. Quum enim Phrygiæ oraculum de rege creando consulebant, responsum esset, ut eum in regem deligerent, qui primus templum ingrederetur: venit ut Gordius summo mane ad agrum properans, loraque plausii gestans, primus templum introiret. Quare ab omnibus rex consalutatus, lora ad rei memoriam in templo suspendit, in quibus erat nodus adeo perplexus, ut indissolubilis putaretur: circumferreturq; oraculum, ut regno potiretur qui lora dissolveret. Hunc nodum Alexander quum dissolvere non posset, ense dissecuit. Hinc factum est, ut Nodus Gordius, notissimo proverbio dicitur de rebus indissolubilibus.

Gordium, Ἰνσός, urbs magna Phrygiæ juxta Cappadociā, à Gordio patre Midæ.

Gordimurus, Ἰνσός, Vrbis Midæ, à Gordio filio cōdita.

Gordix, Ἰνσός, regio Persicæ, à Gordia Triptolemi filio, Steph. Stephanus vocat Gordos & Gordochoz hos populos, & montes Gordyxos.

Gordynia, Ἰνσός, urbs Macedoniæ, Steph.

Gorgias, Ἰνσός, Leontinus fuit Rhetor, Empedoclis discipulus, &

K lus, &





**Grātūs**, Idem quod Grācus. [ *Ἰππάρχου ἰστορίας*. Germ. Ein Gut.] Quint. lib. 8. cap. 2. Non putant indignum Trojani principes, Graios Trojanosque, propter speciem Helenæ tot malitiam temporis spatio sustinere. Virgil. lib. 4. Aencid. Graiumque idem bis vindicat armis.

**Grāus**, a, um, Grācus, a, um. [ *Ἰππάρχου ἰστορίας*. Vng. Gr. 87.] Virg. 3. Aen. Priamidem Helcum Graias regnare per urbes.

**Grājūgenā**, natum, pen. cor. Graci dicti sunt. [ *Ἰππάρχου ἰστορίας*.] Cic. 2. de Nat. deor. Grajūgena de isto aperit ipsa oratio. Ex Pacuvio. Virg. 3. Aen. Grajūgenumque domos, suspensa; linguimus arva.

**Grāmmitum**, urbs in Græcia, *Ἰππάρχου*, cives Grammitæ & Grammitæ. Sunt & Grammitæ populi juxta Celticam, Stephanus.

**Granata**, Hispaniæ urbs celebris.

**Granicus**, *Ἰππάρχου* Ptolemæo, Fluvius est minoris Mysiæ ex Ida monte profluens, & inter Priapum & Elapum in Propontidem influens; juxta quem Alexander Darius Sarrapas memorabili prælio superavit, sexcentis Persarum millibus caesis, fugatisque, quum victoris copiarum triginta pedum millia, & quatuor millia equorum & quingentos non excederent. Auctores Plutarchus in Alexandro, Lullius libro secundo, Diodorus item Siculus libro 17.

**Grāsīllis**, *Ἰππάρχου*, Vrbis Macedonia, alii Prāsīllus, Steph. Grāsī, Vide in APPELL. GRATIA.

**Grāsīdīl**, *Ἰππάρχου*, Proprium nomen mulieris Neapolitanæ usque tantæ, ac maleficæ, quam Horatius in Epod. Canidiam nominavit.

**Grāucifium**, [Ger. Ein Schneegebirg Seythia in Asia getagt.] Caucasum montem nominarunt Seythæ, quod illorum lingua significat nive candidum. Auctor Plin. lib. 6. cap. 17.

**Grāvionarium**, Oppidum est Germaniæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 11. Vulgò Bamberg.

**Grāvīfīcā**, Ptolemæo, Heruriæ castellum est in Tuscia, quod hodie Montem alium vocant; ita dictū ab æris gravitate. Virg. 10. Aen. Et Pyrgi veteres, intempellæq; Grāvīcæ.

**Grēlinus**, *Ἰππάρχου*, Vrbis Cheroneæ, Steph.

**Grēlōnīā**, *Ἰππάρχου*, regio Thraciæ juxta Maecdoniam à Castro quo dam dicta, Gæstrones gentile, vide GASTRONIA.

**Grōnīā**, *Ἰππάρχου*, Vrbis Phocidiæ, Steph.

**Gronīi**, Hispaniæ Tartacōnensis populi sunt ad Durium amnem, quorum meminit Pompon. Mela lib. 3.

**Gronīngā**, [German. Gröningen in Sveisland.] Vrbis Frisicæ.

**Gryllus**, Xenophontis Socratici filius, qui pro patria fortiter pugnavit, hōnciam mortem oppetit, multoties ob id encomiis celebratus. Auctor Aristoteles in Politicis.

**Gryneus**, *Ἰππάρχου*, Dicitur dissyllaba, nomē est Centauri. Ovid. 12. Metam. Cumq; suis Gryneus immanē sustulit aram Ignibus, & medium Laphiam jecit in agmen.

**Grynīa**, Plinio, Straboni Grynium, *Ἰππάρχου*, & *Ἰππάρχου* Stephanō, Oppidum est Myrinnorum in Acolide Asiæ regione, Apollinis fano & per vetustū oraculo nobile, à quo Apollo Grynæus, *Ἰππάρχου* dictus putatur. Vide Strab. lib. 13, & Plin. lib. 4. cap. 10.

**Gryneūs**, a, um, adjectivum trissyllabum, *Ἰππάρχου*. Cognomen est Apollinis inditum, à Gryneo nemore juxta Clazomenem Asiæ civitatem, in quo Apollo colebatur. Virg. 4. Aen. Sed nūc Italianam magnam Gryneus Apollo: Italianam Lyciæ jusserit capere sortes. Idem 6. Aen. His tibi Grynei nemoris dicatur origo. Servius: Gryneum nemus est in siccibus Acolidis, Apollini consecratum. Dicitur est autem hoc nemus à Gryneo vicino oppido. De quo vide Strab. lib. 13.

G            ante            V.

**Gūnīs**, *Ἰππάρχου*, Locus habitatus in Syria uberior & fecundi solitudinis nomen ei *Ἰππάρχου*, Steph.

G            ante            Y.

**Gūnīs**, rī, stem. gen. [ *Ἰππάρχου* Stephano, vel Gyara, *Ἰππάρχου* pen. cor. Germ. Ein Insel im Egeischen Meer getegen, eine auf den Sporaden, in welche die Dämonen ihre ubestheten versetztten. ] Insula est maris Aegæi, una ex Sporadibus in quam Romani noxios deportabant. Plinius libro 8. cap. 29. Ex Gyato insula incolæ à muribus fugatos. Juvenal. Satyr. 10. Ut Gyara vicina scopulis, parvaque Scispho. Idem Satyr. 1. usas est numero plurali. Aude (*inquit*) aliquid dicitur Gyaris, & carcere dignum, si vit esse aliquid.

**Gūās**, *Ἰππάρχου*, Viri Trojani nomen est apud Virgil. 5. Aen. Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimæram, *Ἰππάρχου*.

**Gūgēūs** lacus, *Ἰππάρχου* Lydiæ lacus est, stadiis quadraginta à Sardibus distans: qui postea Colous dictus est. Propertius: Lydia Gygeō tinclia puella lacu. Meminit hujus lacus Homerus in hinc Catalogi. Plin. lib. 5. cap. 29. Gygeum stagnum appellat.

**Gūgemōrus**, Thraciæ mons est, apud Plin. lib. 4. cap. 21.

**Gūges**, [ *Ἰππάρχου*. Germ. Ein greisser Berg. ] Nomen viri proprium,

qui Coeli & Terræ filius fingitur, gigas maximus, & centimanus, frater Briarei. Sunt tamē qui Briarum, Gygen, & Aegeona eosdem putat. Ovid. 4. Trist. Centimanumq; Gygen, semibovemq; virum. Et est & nomen viri proprium apud Maronem lib. 9. Principio Phalaris, & succiso poplite Gygen Extipit. Item formosi pueri apud Horatium, 2. Carm. Luna mari Gaidiūve Gyges. Alius fuit Gyges quidam Lydus, cui quum Candaulica rex uxorem suam nudam ostendisset, illa marito indignata, Gygen ad eadem ejus impulit, seseq; cum regno Lydiæ illi tradidit. Historiam hanc vide latius apud Herodotum, libro primo. Cicero libro tertio de Offic. Hinc ille Gyges (*inquit*) inducitur à Platone, qui quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatus descendit, anemq; equum (ut ferunt fabulæ) animadvertit, cuius in lateribus fores essent: quibus aperitis, hominis mortui corpus vidit magnitudine inusitata, anulumque aureum in digito: quem ut detraxit, ipse induit (erat autem Gyges regius pastor) tum in consilium pastorum se recepit. Ibi quum palam ejus anuli ad palmam converteret, à nullo videbatur: ipse autem omnia videbat, idem rursus videbatur quum in lucem anulum inverteret. Itaq; hac opportunitate anuli usus, regem ruptum inulit, eaque adjuvante regem dominum interemit, sustulit quos oblatæ arbitrabatur, nec in his facinoribus cum quisquam videre potuit. Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hactenus Cicero. Hinc locus proverbio, Gygis anulus, *Ἰππάρχου*. Quadrat vel in homines inconstantibus moribus, vel infelices, qui veluti virgula divina, quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur. Eodem nomine dictus est Lydiæ fluvius.

**Gylacea**, *Ἰππάρχου*, Illyriæ civitas à Gylaca Corinthiō, aliàs Apollonia.

**Gymnāsīa**, Plinio, sive Gymnasia, *Ἰππάρχου* Straboni & Stephano, insulae duæ ante Hispaniam, quæ à Latinis Baleares appellantur: eò quod incola harum insularum præcipue se funda exercebant. Auctor Strabo lib. 14, & Plin. lib. 3. cap. 5.

**Gymnētēs**, *Ἰππάρχου*, Aethiopum populi, Nigritia & Pharusis vicini. Plin. lib. 3. cap. 8.

**Gymnōsōphīstæ**, [ *Ἰππάρχου*. German. Die weisen und geistlichen Philosophen bey den Indierern / so ein gestreng abgefundt etet leben führen. ] Philosophi Indorum: sic dicti quod nudi in sylvis agerent, voluptatum omnium expertes, quibus mortalium vita contempitur. Plin. lib. 7. cap. 2. Philosophos eorum quos Gymnosophilas vocant, ab Exortu ad Occasum perflare, cōtuentes solem immobilibus oculis, ferventibus arenis toto die alternis pedibus insisteret. August. lib. 13. de Civit. Indorum Gymnosophilas, qui nudi perhibentur philosophari in solitudinibus Indiæ, à generando se cohibent. Hi ab Exortu ad Occasum perflare dicuntur, solem contuentes immobilibus oculis, ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistentes. Hærigora nivium, & æstus flammæ extra dolorem perferunt. Ferunt Alexandrum magnum, quum in Indiæ expeditione ad Gymnosophilas penetrasset, gravissimè ab illis fuisse increpitum, quod mortalis quum esset, mortali tamen sorte non contentus, totum Orientem latrocinis infestaret. De his Cic. Tuscul. quaest. lib. 3. Quæ barbaria (*inquit*) India vastior aut agrestior? in ea tamen gente primum hi, qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt. Caucasii nives, hyemalæmq; vim perferunt sine dolore: quumque ad flammam se applicaverint, sine gemitu aduruntur.

**Gynæcōpōlis**, Aegypti oppidum, à quo propinqua præfectura, Gynæcopolis appellatur: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 9. *Ἰππάρχου*.

**Gyndēs**, [ *Ἰππάρχου*. Ger. Ein großer Fluß bey den Indierern / so in der Tyrin flusst. ] Fluvius est Assyriorum maximus secundum Euphratem, in Mantienis nascens montibus, & per Dardanos in Tigrim influens. Hunc Cyrus Persarū Rex, quū equitem quendā sibi in primis dilectum absumpsisset, totum in variis alveos derivavit. Auctore Herod. lib. 1, & Seneca lib. 3. de Ira.

**Gypseūs**, *Ἰππάρχου*, Aethiopiæ insula, apud Martianum lib. 3. A qua fit gentile Gypsetes, *Ἰππάρχου*.

**Gyrton, onis**, sive Gytona, *Ἰππάρχου* Ptolemæo: *Ἰππάρχου* Stephano, Persiæ oppidum, ut Stephano placet: ita dictum à Gyrtonæ Phlegiæ stræ. Ptolemæus Gytonam in Symphalia Macedonia regione, Plinius in Magnesia collocat.

**Gythēum**, [ *Ἰππάρχου*. German. Ein Ort in Akata, welche Herakles vnd Apollo miteinander geschwen haben. ] Oppidum est Achaicæ ad Maleum promontorium, quod Hercules & Apollo depositis eò loci simulatibus communi opera condiderunt. Livius in Maced. bell. Gytheum (*inquit*) omnium maritimarum rerum Lacedæmonis receptaculum. Hinc Gytheates sunt, ad Maleum promontorium, cujus meminit Plinius lib. 4. cap. 5.

**Gyzāntēs**, populi Africa, vide Byzantes apud Steph. apud quem etiam Gyzantes reperitur.